



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Et Brevis Declaratio Viæ Spiritvalis

Palma, Luis de la

Antverpiae, 1634

Meditatio de Regno Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60472)

MEDITATIO

DE REGNO CHRISTI.

HÆC Meditatio in libro Exercitiorum habetur extra numerum Meditationum secundæ Septimanæ, & sic est quasi fundamentum omnium earum. Continet partim finem totum Incarnationis & vitæ doctrinæque IESV CHRISTI Domini nostri: qui fuit, toti mundo innotescere; homines, quò suum regnum fierent, in suam reducere potestatem, sibiq; subii- cere; omnes etiam in partem istius suæ expeditionis vocare; quò sibiipsis saltem, suæ sensualitati & amoris proprio, per obedientiam Dei, bellum inferant. Partim continet summam, in quâ perfectio hominis consistit: quæ est Christi imitatio, quæ maiorem aut minorem perfectionem, variosque eius gradus, prout magis aut minùs perfecta fuerit Christi imitatio, in se concludit.

Textus

Textus Exercitiorum S. Patris nostri
sic habet:

*Contemplatio regni Iesu Christi
ex similitudine Regis terreni
subditos suos euocantis ad bel-
lum.*

ORATIO PRAEPARATORIA fiet
more supradicto.

PRAELVDIVM PRIMVM ad con-
structionem loci nunc erit, vt spe-
ctare nos imaginemur Synagogas, vil-
las & oppida, quae praedicans Chri-
stus pertransibat; & sic de locis aliis.

SECVNDVM, ad gratiam poscen-
dam pertinens. In hac parte erit, petere
à Deo, ne obsurdescamus vocante nos
Christo; sed ad sequendum ac obtem-
perandum prompti simus.

PVNCTVM PRIMVM esto, pro-
ponere mihi ob oculos humanum Re-

H 4 gem